10B/13-006

Illustris et Clarissime Domine!

E desideratis herbarii Schottiani plantis eas, quas domo absens deligendas curare potui, hisce transpono; serva eas eousque, donec studii faciendi causâ opus eis habueris. Fructus, ubi adfuerunt, addidi. Schedulia adjecta fideles copiae sunt originalium herbarii Schottiani Schedarum. Culta exemplaria mitto in defectu aliorum. Invenies annulo appositum etiam, quod postulasti, Nasturtium proliferum.

Vale quam optime! Hoc et cuncta fausta Tibi precatur

Clarissime Domine

Pestini 9/7. 1869.

humillimus Tuus servus
Dr Ludovicus Haynald

Illustrissime ac Reverendissime Domine

Plantas quas ex herbario Schottiano et Hauffeltiano benevole mihi misisti grato animo accepi, et statim ac eas cum Delwakiis et herbis comparaverim religiose restituam. Jam ex primo intuitu speciminis Hauffeltiani eductus sui Nasturtium pubescens Hauff, cujus habeo plura et perfectiora specimina e Serbia, esse optimam et bene distinctam speciem, nec ac arbitrantur Viad. bonarum botanici, qui eam habent pro forma abortiva et monstrose contracta N. sylvestris. — En igitur, Te favente, restitutum Nasturtium hoc Florae Serbiae et scientiae.

Opusculum a me exaratum super sic dictam Mannam mesopotamicam Tibi mitto, et ne aspernaris deprecor, saltem ob argumentum Florae biblicae affine cujus a Te illustrationem doctam universaque orbis botanicus ardenter expectat.

Ad extremum ut Te D. O. M. diu sospitem servet exoptans Te semper enixe commendat

Reverentiae Tuae devotissimus